

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CCLV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)


vero Ministrorum Ecclesiæ patrono, mihi commendatus. Is misit eum ante aliquot menses Tubingam, sperans fore, ut vel inter alumnos Illustrissimi nostri Principis reciperetur, vel alicui famuando, victum haberet, donec studiorum suorum cursum absolueret. Cum vero in stipendium (ut vocant) Ducis nostri Illustrissimi non recipiantur, nisi qui hujus Ducatus cives sunt, & in Martiniano pauci alantur, omniaque loca jam suos alumnos habeant, rogavit D. Hirschius, ut cum commendatione aliqua Argentinam mitteretur, sperans ei inter Wilhelmicos studiosos locum esse posse. Et confidit, tuam R. plurimum ea in re adolescentem adiuturum; vel sua causa: est enim Hirschius R. tuæ filio, D. Doctore, Rectore Scholæ in Grätz optime & familiarissime notus. Nec dubito, quin R. tuæ filius, hujus Viri insignem pietatem & erga Ministros Ecclesiæ beneficentiam valde sit prædicaturus. Quapropter si quid obrineri potest, etiam atque etiam rogo, R. tua efficiat, ut intelligat, meas aliquod pondus habuisse.

Tossani maledicum & mendax scriptum audio Argentinæ in officina Jobini impressum, etsi in fronte simulat, se Neostadii natum & in lucem produisse. Quid sibi etiam Antipappi Sturmii velint, miror. Spero tamen, utrunque Scriptum infcio Senatu Argentinensi in lucem editum. De his rebus, quantum quidem licet, fieri certior cuperem. Electorem Saxoniz spero commune negotium Concordiæ nihilominus studiosissime promoturum, etiamsi alii cunctentur, alii tergiversentur, quidam etiam valde repugnent. Optima enim nunquam omnibus placere: quare etiam non omnium judiciorum consensus expectari poterit. Felicissime valeat R. tua, & collegis suis, Dominis fratribus meis in Christo honorandis plurimam ex me salutem dicere non gravetur. Hæc Tubingæ scripsi jam ocreatus, Tuillam cum Illustrissimo meo Principe, Domino juvante, profecturus. 23. Apr. Anno 79.

R. tua,

Studiofiss.

Lucas Osiander, D.



CCLV.

Quæ à facultate decreta sint, ex Decani Cocci literis cognosces. Parata est & concors nostra voluntas; Veniant quam primum volent Candidati, non moram necemus, & siquidem libebit illis, ad me recta divertant, gratissimi futuri hospites, ut quos ceu germanos meos filios agnosco, & diligo. Utinam verò & tibi liceat per valerudinem præsto esse. Erit autem, ut spero, occasio etiam Huldrico tuo, ut nos invisat saltem, quo noticiam & fa-

& familiaritatem cum meis Symmiftis contrahat, & me sua præfentia recreet, vel per dies paucos, pofteaquam à confuetis ftudiis abefle diu non potefl. Plura vel coram, vel per tuos faltem.  
Bafileæ, Cal. Maji, Anno 79.

*Tuus confueto jure & ftudio*

Sulcerus.

CCLVI.

Q Uam gratus mihi fuerit filiorum tuorum adventus, facile conjicis ex eo, quo ipfos, ubi primum innotuerunt mihi, profeutus fum affectu, quos fi potuiffem fic excipere & tractare, ut & eorum virtutes & tua beneficia merentur, fenfiffent nihil minus mihi deefle, quàm expromptam voluntatem. Et nihil moleftius accidit mihi, quam quod eorum converfatione non licuerit frui diutius, quodd & ipfos domum revocarent instantes nuptiæ & me dies conventus in ditione Bernatum cum fratre meo & propinquis conftituta, cui renunciaffem libenter, fi id paffa effer temporis brevitatis. Exhilaratus tamen fum cum confpectu ipfo, tum colloquio, ut ex quibus mihi fructus promitto ad pofteritatem perventuros, fi eos, ut haftenus, Dominus provehere & confirmare dignetur. Quod ut fiat, non definam fuppliciter precari. Sicut autem ipsis honoris gradum, quem apud nos adepti funt, gratulor: ita filiaæ tuæ cum ornatiff. viro, Doctore Obrecht, connubium, ex quo non dubito, maximam te confolationem accipere, qui & hunc es habiturus filium, fenectutis tuæ fingulare folatium. Et fane fi integrum mihi effer, non gravarer ad nuptias præfto effer, tam amanter & officiofè invitatus. Sed cum id nunc non detur, futurum tamen fpero, ut hoc adhuc anno vos invifam & fortè extremum valedicam, ad futurum interim vobis anima & fpiritu. Communicavit mihi D. Philippus capita fcripti contra Daniele Tofanum, quæ fic mihi probantur, ut magnoperè velim id typis mandari, quod præ Ofandrico fcripto magis fore frugiferum ftatuo, cum controverfiæ nervum magis explicet. Confeflionem meam de Cæna, Senatui exhibitam, legiffe te arbitror. Animadvertifti ergò fimplicitatem meam & intelligis, me rationem habuiffe temporum, loci & perfonarum, ut tamè veritati non deeffem. Melius cecidit ea, quam expectabam, tranquillitatemq; nonnullam peperit Ecclefiaæ noftræ. Transufa eft in exemplaria plura, quàm centum, quod malo fieri, quàm ut typis excuderetur, quod & minus occafionis fit adver-